

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Albrecht Joachim Krakevitz von

**Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Joachimus de Krakevitz, S. S. Theol.
D. ... Festivo hoc tempore Pentecostali Gloriosam Spiritus Sti. In Templis
Christianorum Præsentiam ... vero Studiosis Civibus ... serio cohortatur**

Rostochii: Literis Joh. Wepplingii, [1715?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003520049>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1715. Pfingsten.

~~M. 1256. m.~~

B. 1715.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
ALBERTUS JOACHIMUS

de KRAKEVITZ,

S. S. Theol. D. ejusdemq; P. D. P. Consist. Ducalis Consiliarius
& Districtus Mecklenburgici Superint.

Festivo hoc tempore Pentecostali

GLORIOSAM
SPIRITUS ST.
IN TEMPLIS CHRISTI-
ANORUM PRÆSENTIAM

OMNIBUS AC SINGULIS

Maxime vero Studiosis Civibus

Pie meditandam ac religiose venerandam

Summopere commendat

*inque, ut in Aedibus Sacris omnia caveant scandala
serio cohortatur.*



R O S T O C H I I ,

Literis JOH. WEPPLINGII, SERENISS. PRINC.,
& ACAD. Typogr.

M. 1256 111

Irca ædes sacras,

qvas hodie communiter templa Germanicè Kirchen vocamus, & in excessu & in defectu peccari, nemo facile dubitabit. *Judei*, temporibus antiquis foederis viventes, in vana ista erant persuasione, præsente inter ipsos Dei templo, nulla pertimescenda esse mala, *Jer. VII. 4.* Et qui durante Ni. Ti.

œconomia in multis Judaizantes reperiuntur *Pontificis*, in vindicanda templorum sanctitate rectius superstitionis & idololatrici quam religiosi appellandi sunt, dum consecratis templis non tantum adscribunt sanctitatem, sed illa quoque venerabilia & divina quadam virtute prædicta existimanda esse, perhibent, interprete *Bellarmino* lib. 3. de cultu sanctorum c. 5. cujus misera argumenta solide & nervose prostravit *B. Dorscheus* in Diss. V. ad Cap. III. Ex. probe observans: Posse aliquid sanctum dicti extrinseca denominatione & habitudine, quod proinde non statim vel venerabile vel divina virtute præditum efficit. Adderem ex *Articulis Smalcaldicis* P. III. Art. XV. ubi inter præstigias Papales de stultis & puerilibus articulis nominatur templorum consecratio, & mox sequens subiicitur episcopalis: *Quæ omnia non possunt dici consecrationes sed ludibria & mere impostura sunt.* Et sunt talium præstigarum infinitæ aliae, quas committimus Deo ipsorum & ipsis adorandas, donec illis defatigentur. *Nobis nihil cum ipsis negotii esse deber*. Hisce nimis templorum consecratorum cultoribus merito se opposuerunt purioris religionis assertores: Annon vero in alterum extremum multi ex his prolapserint, hujus quidem loci non est excutere; certissimum tamen est, novellos Ecclesiarum nostrarum Reformatores ex parte abunde prodidisse, se parum sollicitos esse, an Christiani templo habeant vel iisdem preventur, ad minimum pro iisdem vel extruendis vel exornandis nil quicquam faciunt, potius ab ejusmodi pietatis exercitiis omni studio homines avocant. *Qui legit Gothofredi Arnoldi Delineationem Primi Christianismi Lib. II. Cap. III.* sponte animadvertit, Lectores ad ædium sacrarum ædificationem & exornationem haud fuisse excitatos: Dolendum in primis, quod piæ Antiquitatis testimonia adeo perverse sint allegata, ut vix appareat, qvænam



qvænam ejus fuerit de ædificandis in utilitatem Ecclesiarum templis sententia. Imo quantus fuerit prolapsus viri hujus & amicorum suorum, constat ex Celeberrimi Theologi Dn. Ernesti Salomonis Cypriani allgemeinen Anmerckungen über Gottfr. Arnolds R. u. R. H. Ubi Vir laudissimus & quidem in Præfat ; de Religione Arnoldi § 1, ita scribit: Unsere Kirchen will er auch eingerissen haben / wenn er die Lehre Petri de Bruis, daß man nicht dürsse Kirchen bauen / sondern vielmehr die schon gebauete wiederum einreissen / ein herliches Zeugniß von der Warheit nennet. Ihm haben es seine Freunde nachgethan/ allermassen ohnlangst in einer vornehmen Reichs Stadt jemand / soden zu milden Sachen destinirten Geldern vorstehet/ einem/ der zu Erbauung einer Kirche Allmosen verlanget / geantwortet: Zueinem Schweins-Stall wolte ich euch woll was geben/ aber zu keiner Kirchen. Habt ihr aber Kosten nöhtig zu Einreißung einer Kirchen / so kompt / da will ich euch etwas zu geben. Und an einem andern Ort hat man einem Prediger eine Schrift auff der Post zugesendet / deren Inhalt war / die Kirchen wären Hurenhäuser / die man abbrechen solle / und dis Liedlein möge er in seinem Hurenhouse auff der Orgel spielen lassen. Quemadmodum vero Arnoldus profanam suam mentem sic satis manifestavit, ita optarem, Dn. Johannem Anastasium Freilingshausum majori cum cura se purgasse ab eadem imputatione, quæ ipfi à Dn. D. Eilmaro facta. Licet enim Vir Clarissimus in der Entdeckung der falschen Theologie p. 218. sententiam suam tantum de templis sine urgente necessitate extructis atque exornatis intelligendam esse declarat, incaute tamen adduxit B. Lutheri asserta : dum n. B. Megalander suis temporibus abusum Pontificiorum libere perstrinxit, & quæ non absolute sed comparate à Luthero dicta sunt, absq; dextra eorumdem interpretatione allegavit Dn. Freilingshausius, eo ipso æq; facile perversum quam orthodoxum sensum legenrium animis instillare potest. Egena Christi membra omni utique auxilio & solatio sunt reficienda; Verum cum hoc pietatis officio plura simul consistere possunt, neque propter istud negligenda sunt, quæ ad totius Ecclesiaz utilitatem promovendam quam maxime faciunt. Qui templorum destructionem & desolationem vel cupiunt vel svident, certe ignorant, quantum damnum rebus Christianorum eo ipso inferunt. Dirutis enim majoribus ædibus sacris, tanta Christianorum multitudo, quantam nostra templa capere solent, ad

sui ædificationem convenire commode haud poterit , nisi forte cum Arnoldo homines verbi divini audiendi causa in campum vel forum ablegare , & quibuscumque cœli injuriis atque tempestatibus, citra ullam necessitatem , exponere velimus , aut ipsis permettere , ut more Pietatarum privata instituant conventicula , in quibus sutores & sartores omnisque generis homunciones docere & sacramenta administrare possint . Contra hos idem dicerem , quod olim Confessores nostri contra Pontificios professi sunt in Ap. A. C. Art. III. Abus. de Missa die Wiedersacher ziehen den Daniel an / (studio repeto verba ex Germanico Exemplari , quod præ Latino hoc momentum fuisse tradit ,) der da sagt : Es werden Gräuel und Verwüstung in der Kirchen stehen/und deuten dieses auss unsre Kirchen/derhalben/ daß die Altar nicht bedecket seyn/nicht Lichten drinnen brennen und dergleichen : Wiewohl es NB. nicht wahr ist / daß wir solche dässerliche Ornament alle wegthun ; Dennoch so es schon also wäre / redet Daniel nicht von solchen Dingen/ die gar äusserlich sind und zur Christlichen Kirchen nicht gehören / sondern meinet viel eine andere gräulichere Verwüstung / welche im Papstthum stark gehet / nemlich von Verwüstung des nothigsten grössten Gottes Dienstes / des Predigambts und Unterdrückung des Evangelii . Hec omnia ideo à me præmissa sunt , ut præsupponamus , in Ecclesiis nostris Lutheranis , etiam tenore librorum symbolicorum , templorum exstructionem eorundemque exornationem nulla ex parte improbari sed potius quam maxime approbari . Licet enim non faciant ad ipsam Ecclesiam formam , sua tamen utilitate eademq; haud contemnenda mirum in modum se commendant . Et certe mirari subit quam maxime , Ecclesiis quoq; Reformatas nimis severas esse quoad ædium sacrarum ornamenti , dum ne quidem imagines Christi aut Sanctorum in illis tolerare possint , interim tamen insignia & vexilla Virorum , qui militiae navarunt operam , post mortem ipsorum intra illas admittere non recusent ; vid. Benth. Holl. R. u S. St. P. I. p. 211 . Sed missis hisce omnibus , cum nos , qui Deum in Spiritu & veritate colere gestimus , nulli dubitemus , templo congregationum sacrarum causa erigi , eademque ex reverentia erga sanctissimum Numen & ad excitandam internam cordium devotionem , (etiam si aurum & argentum , etiam si gemmas & margaritas ad splendorem templorum nostrorum afferre conditio nostra non permittat) elegantiori structura & picturis ad ædificationem facientibus condecorari posse ; Hoc potissimum

agamus

agamus, ut gloriosam Spiritus S. in templis Christianorum presentiam ejusdemq; gratiosam in illis operationem digne meditemur, omnibus nostris actionibus tam internis quam externis religiose veneremur. Requirit hanc piam meditationem hancque religiosam Sp. S. venerationem, ipsa festiva, quam celebramus, Pentecostalis solennitas, eum in finera per multa jam secula in Ecclesia Christianorum observata, ut ea, quæ Spiritui Sancto æquals cum Patre & Filio competit gloria, eidem obsequio & devota mente à nobis exhibetur. Quamvis ergo mentes nostras ne utilitatem ista occupaverit cœcitas, ut statuamus, Spiritum Sanctum templis Christianorum sic inclusum esse, ut extra illa coli atque adorari nequeat probe memores, Spiritum S. nullis locorum spatiis alligari posse, sed sua potius præsentia omnia in omnibus adimplere, eundemque tantum omnipræsentem Deum, omnibus in locis, Divinis suis radiis mortales quoque collusfrare, juxta Ps. CXXXIX. v. 7. nemo tamen, qui de sacrarum literarum autoritate divina in corde suo convictus est, inficiabitur, Spiritum Sanctum in templis Christianorum, quoties facri in illis instituuntur conventus, peculiari præsentia modo sese manifestare. Valent hic omnino dicta illa generalia: Ex XX. 24. *Quocunq; in loco jubebo celebrari memoriam nominis mei & veniens ad te benedicam tibi & Matth. XVIII. 20. Iibi duo vel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio eorum.* Nam licet prius dictum homo Fanaticus restringere vellet ad loca illa temporibus Vis. Ti ab ipso Deo electa, nominatim ad Sanctuaria à Mose & Salomone exstructa, posterius tamen effatum nos nulla ratione dubitare sinit de gloriose Christi & Spiritus S. præsentia in publicis Ecclesiasticis conventibus. Accedit, sanctissimum hunc Spiritum non esse otiosum hominum in templis congregatorum spectatorem, sed eundem ideo sese manifestare, ut per verbum prædicatum corda hominum illuminet, peccatores ex statu iræ in statum gratiæ transferat, ipsos renovet, donis suis exornet, afflitos divino suo solatio refocillet, lapsos erigit, stantes confirmet, currentes corroboret & unumquemque pro sua indigentia sublevet. Confirmant hæc innumera tam Vis quam Novi Testamenti promissiones. Ex quibus quasdam adduxisse sufficiat. Eccl. LIX. v. 21. *Hoc erit fædus meum cum ipsis, ait Jehovah, spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recessent ex ore tuo, aut ex ore seminis tui, ait Jehovah ex hoc tempore usq; in seculum.* Joh. XVI. v. 8, sq. *Cum venit Spiritus S. arguer mundum de peccato & de justitia & de iudicio.* Hæ gratiosissimæ Spiritus Sancti operationes,

cationes, quæ sece exerunt per verbi Divini in templis Christianorum an-
nunciati virtutem, tanto majori apud nos in pretio esse debent. qvo certi-
ores sumus, nos, illis non admissis vel repudiatis, nil quicquam boni aut
proficiui efficere posse. Spiritus S. est Spiritus sapientia & intelligentia, Spi-
ritus consilii & potentia, spiritus scientia & reverentia Jehova Es. XI. 2. Ne-
mo potest Jesum dicere Dominum nisi per Spiritum S. 1. Cor. XII. 3. Distin-
ctiones quidem donorum sunt, sed idem spiritus v. 4. Omnia agit unus ille
& idem Spiritus, distribuens dona sicut vulc. v. 11. Qui hunc non habet Spi-
ritum, ille non est Christi Rom. VIII. 9. Qui non est Christi, ille alienatus est
a civili statu Israe lis, est extraneus quod ad pastorum promissiones attinet, spem
non habens & absq; DEO in mundo, Eph. II. 12. Qvod si itaque sanctissi-
mus hic Spiritus in templis Christianorum per verbi ministerium ad nos ve-
nire, nos donis suis opplere, nos ad Christum perducere, nos gratia sua cu-
mulare, nosque ad æterna gaudia præparare dignatur; Quis non gloriosam
Spiritum S. in templis Christianorum præsentiam ejusdemq; gratiosam in illis
operationem piè meditaretur & religiose veneraretur? Obversantur oculis
intellectus nostri Apostoli, qvibus in ipso festo Pentecostali concorditer con-
gregatis tanta affulxit Spiritus S. gratia, ut obstupescerent & hæsitarent, qvot-
quot convenerant ex omni natione eorum, qui sub celo sunt. Si dixeris, A-
postolos non in templo sed in domo congregatos fuisse, sonitus enim è celo
tanquam ruentis flatus violenti replevit totam domum, ubi erant considentes,
Act. II. 2. multa sunt, qvæ reponi possunt. Nonne scipiis templum Hiero-
solymitanum vocatur domus? conf. Ps. LXIX. 10. Joh. I. 16. Es. LVI. 7 Matth.
XXI. 13. Nonne Apostoli soliti erant ascendere in templum hora precatio-
num ipsos monente? Act. III. 1. Qvomodo itaque vel ulla cum probabilitate
dici potest, illos in priuatis hæsisce ædibus, cum publica celebranda erant so-
lennia Pentecostalia? Nonne illam ipsam domum, in qua considentes fu-
ere Apostoli, & in qua repleti sunt ad unum omnes Spiritu S., ingressa etiam
fuit ingens multitudo, ex qva, peracta concione Petri, conversi & baptizati
fuerunt tunc mille homines? Act. II. 41. Num domus privata tantam ho-
minum multitudinem capere potuit? Et qvælo cur v. 46. expresse à Luca ad-
ditur, qvod Apostoli quotidianie perdurantes concorditer in templo fuerint? Nulli
ergo dubitamus, discipulos Christi in templo Hierosolymitano vidisse imple-
tas promissiones Domini sui de liberaliori ipsis concedenda Spiritus S. super
ipsos effusione. Qvibus probe pensatis, simul corruit musteorum sanctu-
logum singularitas, qva existimant, se ob impiorum & hypocitarum multi-
tudinem

tudinem templis Lutheranorum interesse haud posse, perinde, ac si sanctiores
esse velint ipso Christo, sanctisve Apostolis, qvi, licet in templo Hierosoly-
mitano maximam congregatorum partem conficerent pessimi nebulones, ni-
hilominus tamen in templo isto, statim temporibus, convenerunt & solennibus
sacris interfuerunt. *Q*uemadmodum itaque, *Cives Dilectissimi*, Apostoli &
quotquot cum illis omnes ad eum congregati sancti, conf. Lightfoot in Hor.
Hebr. ad Act. C. II. in domo conventus sui Pentecostalis, sancti & parati con-
siderunt ad excipiendam Patris promissionem; Ita & nostrum est, quoties in
domibus DEO consecratis sacrae sunt congregations, illis non tantum sedulè
& frequenter, verum etiam pie ac religiose interesse, quo & nos Gratia Spi-
ritus S. participes reddamur. Jacobus Patriarcha postquam in somnio Je-
hovam secum loquentem audiverat, postea reverentia ductus, dixit: *Quam*
reverendus est hic locus, nihil est hic locus nisi dominus dei & hac porta caeli est.
Gen. XXVIII. 17. Cum Moysi apparitus esset Dominus, hoc ipsi in mandatis
dedit, ut extraheres calceamenta sua à pedibus suis, quia locus in quo stabat,
terra sancta Ex. III. 5. Esaias cum videret Dominum Exercitum, Divinam
Majestatem & sanctitatem sua cum impuritate conferens, exclamavit: *V*a
mibi, quod excindor; quia vir pollitus labiis sum & in medio populi polluti
labiis habito! Ef. VI. 5. Hæc exempla Religiosissimorum Virorum nobis in me-
moriam revocare debemus, quoties DEO sacras ingredimur ædes, memo-
res insuper sapientissimi Regis moniti Eccl. IV. 17. *Observa pedem utrumque*
tuum, quum adis dominum ipsam deum id est paratus ad audiendum potius quam
ad dandum stolidorum sacrificium: nam hi non advertunt se facere malum.
Stolidorum est sacrificium, si quis existimet, sufficere, se suum in æde sacra
occupasse locum, aut canticum quoddam sonora intonasse voce; multo sto-
lidiores sunt, qui in conspectu Sanctissimi Numinis irreverenter tempa fre-
quentant, in iisdem tanquam in plateis publicis novarum rerum audiendarum
causa obambulant, atque sic vel confabulationibus vel oculorum in lascivas se-
culi vanitates emissionibus, tempus cultui divino publico destinatum pe-
tulanter terunt. Quotquot dicta ratione DEUM haecenus ad iram provocarunt,
Spiritum Sanctum contristarunt, piorum Christianorum devotionem
turbarunt & sibi metisis gratiae Divinae fontes præcluserunt, illos hodie publice
compello, & quod juris mei est, serio adhortor, aut si blandiores vobis,
placent allocutiones, amicissime rogito, ut hodie omnibusque secuturis Vi-
ta vestra diebus perpetuatis, quænam vestra in ædibus sacris sint officia.
Jehovah est in templis nostris, conticeat coram facie ipsius omnis terra. Habac

II. 20.

¶. 20. Ad eum Spiritus Sanctus per Ministros suos Vobis enarratis consilium sapientiae suae: Revertimini inquit, ad correctionem meam, Ecce eructatus spiritus meum, nota faciam vobis verba mea. Quandoquidem inveneruntis, extendo manum meam & nemo advertit. Sed abstrahitis vos omni consilio meo & correctioni mea non acquiescitis: Ego quoque in calamitate vestra ridebo, subsannabo quum advenerit id quod expavescatis. Quum a venerit tanquam tremebunda vastatio id quod expavescatis & calamitas vestrum tanquam turbo adventaverit, quum irruerit in vos oppressio & angustia. Tunc invocabunt me sed non exaudiam; mane quarent me, sed non invenient me: Propterea quod oderunt scientiam & REVERENTIAM JEHOVÆ NON ELIGERUNT. Non acquieverunt consilio meo, sed contempserunt omnem correctionem meam. Sic comedent de fructu via sua & ex consiliis suis pravis saturabuntur. Proy. I. 23. sq. Perpendite haec, Cives Letissimi, tempus enim est, quo non imminent modo, sed iam premunt nos justissima Divinæ vindictæ judicia: Hominibus enim rebellibus & dolore afficiens Spiritum sanctitatis, mutatur DEUS in inimicum, ipseque repugnat illis. Es. LXIII. 10. *Va homini per quem offendiculum evenit!* Matth. XVIII. 7. Sed nobis perspicimus de Vobis, Dilecti, quæ meliora sunt & saluti adherentia, etiam si ita loquamur. Ebr. VI. 9. Implete itaque hanc meam de Vobis conceptam spem & evitate ubivis, præprimis in sacris ædibus omnes id quod Spiritum S. exacerbare potest; Glorificate potius Spiritum Sanctum ubique in vestro spiritu vestroque in corpore. Qui hisce admonitionibus morem gerere recusant, sentient non tantum Supremi Numinis iram, sed promeritas quoque & in Legibus nostris Academicis comminatas experientur animadversiones. Rege nos Sanctissime SPIRITUS, ut Tuam Gloriosam præsentiam gratiosissimasque Tuas operationes ubivis locorum, in primis vero in templis Tuo Cultui destinatis, feligiose meditemur ac venemur,

P.P. Sub Sigillo *RECTORATUS*
in ipso *Spiritus S. Festo.*
ANNO MDCCXV.

• (o) •



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003520049/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003520049/phys_0012)

DFG

tudinem templis Lutheranorum interesse haud posse, perinde, a esse velint ipso Christo, sanctisve Apostolis, qui, licet in templo maximam congregatorum partem conficerent pessimi nihilominus tamen in templo isto, statim temporibus, convenerunt & sacris interfuerunt. Quemadmodum itaque, *Cives Dilectissimi*, quotquot cum illis omnes ad eum congregatis sancti, conf. Light Hebr. ad Act. C. II. in domo conventus sui Pentecostalis, sancti & sederunt ad excipiem Patis promissionem. Ita & nostrum est domibus DEO consecratis sacræ sunt congregations, illis non tam & frequenter, verum etiam pie ac religiose interesse, quo & nos ritus S. participes reddamus. Jacobus Patriarcha postquam in hovam secum loquenter audiverat, postea reverentia ductus, di reverendus est hic locus, nihil est hic locus nisi domus DEI & hac pos Gen. XXVIII. 17. Cum Mosi apparitus esset Dominus, hoc ipsi illi dedit, ut extrahere calceamenta sua à pedibus suis, quia locus in terra sancta Ex. III. 5. Esaias cum videret Dominum Exercituum Majestatem & sanctitatem sua cum impuritate conferens, exclar mibi, quod excindor; quia vir pollutus labiis sum & in medio polabiis habito! Es. VI. 5. Hæc exempla Religiosissimorum Virorum in mortiam revocare debemus, quoties DEO sacras ingredimur ædes insuper sapientissimi Regis moniti Eccl. IV. 17. Observa pedem tuum, quum ad domum ipsam DEI id est paratus ad audiendum pos ad dandum stolidorum sacrificium: nam hi non advertunt se facere Stolidorum est sacrificium, si quis existimet, sufficere, se suum in occupasse locum, aut canticum quoddam sonora intonasse voce; blandiores sunt, qui in conspectu Sanctissimi Numinis irreverenter tequantant, in iisdem tanquam in plateis publicis novarum rerum audi causa obambulant, atque sic vel confabulationibus vel oculorum in laculi vanitates emissationibus, tempus cultui divino publico destinatulanter terunt. Quotquot dicta ratione DEUM haecenus ad iram pertinunt, Spiritum Sanctum contristarunt, piorum Christianorum devotabarunt & sibi meti ipsi gratiae Divinae fontes præcluserunt, illos hodie compello, & quod juris mei est, serio adhortor, aut si blandiores placent allocutiones, amicissime rogito, ut hodie omnibusque sectatæ vestræ diebus desperdatis, quænam yestra in ædibus sacris sint omnia. *Jehovah est in templis nostris, contice sat coram facie ipsius omnis terra.*



011

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 011
Patch Reference numbers on UTT